Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26474
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quid faciens · iste penas · incurrat graviores
Tales uel similes romam vadant · nisi sexus ·
Obstet femineus · aut debilis aut senis etas ·
Tunc dispensentur de consilio seniorum ·
Puniat ecclesia plus occulto manifestum ·
Vinctos qui possunt ui pape soluere soluenti ·
Quidam maiorum soluunt hos claue suorum ·

De cessando interdicta et suspensione ecclesie

In banno si sit nullo casu celebrabit ·
presbiter · hunc sacris festis prohibemus inesse ·
Nam ex officio faciet · totus laycus sit ·
Si sit ab ingressu suspensus sed non intret eius ·
Nam nullus in ecclesiis interdictis celebrabit ·

Qualiter diuina celebrentur tempore interdicti

Si domini terre fuerint procurante clause ·
Semper per ebdomodam licet unam dicere missam ·
Ad Christi corpus infirmis conficiendum ·
Omnibus exclusis et privatim legat horas ·
Baptizet pueros · scelus audit · visitat egros ·
Predicet iste sue plebi nil quid faciet plus ·
Hunc et ad exequias ueluti laycum licet ire ·
Et tumulare locis aliis licet istum
Gens inbannita pro late sua maleficiis
Ius caret ecclesie nisi iuret iura tenere ·
Si ducis culpa fuerit provincia tota
In interdicto · tunc presbiteri teneant se ·
Sic ut non celebrent · privati dicere possunt
Horas absque notis · auditis omnibus dent ·